auxilium contra praefatam inscriptionem et citationem sub citatione totumque progressum iuris si vero sit aliquis effectus in illis exceperit, eo facto totam suam causam ammittet et ammittere debet. Quae omnia praefatus Strze-
8112 szinski in se et omnia bona sua libere suscepit.

Cieszanowski donatio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. Praemislien. nobilis Hawrilo Cieszanowski Hanko dictus, foro suo quovis proprio omisso et praesenti iurisditioni Castren. Praemislien. se incorporan. publice recognovit. Quia nobili Misko Cieszanowski et eius successoribus bona sua haereditaria videlicet quartam agri supra piscinam Sroga Sypia lunatowa iacen. i mezyem a fluvio Swozniza usque ad graniciem villae Wolia Cieszanowska in longum et latum prout est distinctata et bona in fundo villae Cieszanowicze consisten. cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus utilitatibus nil exceptis, dedit donavit inscripsit ac modo perpetuo et irrevocabili donatione cum titulo haereditario resignavit perpetue. Dans et admittens eique iam ex nunc in bona praefata realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione per ministerialem terrenum quemvis. Tenebiturque praefatus Hawrilo vel eius posteri tenebuntur quos ferum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, eundem Misko et eius successores in bonis praefatis et quemlibet eorum ab omni quavis impetitione iuridica quorumlibet praetendentium utriusque sexus toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere bonaque praefata munda et libera facere nec non inscriptionem praesentem ex his actis ad acta terrestria Praemislien. ante decursum unius anni transportare sub tribus marcis (?) sive corporali iuramento taxanda, pro quibus tribus marcis praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus, exemptus foro suo quovis proprio omisso coram Castren. Praemislien. officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere tenebitur ac pro praefatis tribus marcis omnibus exceptionibus controversiis praescriptionibus, suspensionibus, motionibus appellationibus variisque prosequutionibus, adquisitionum dilationum non petend., poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iuriumque remediis remotis et in partem evictis satisfacere cum suis successoribus toties quoties opus fuerit tenebitur, nulla praescriptione terrestri in Praemisliensi obstante.

Idem obligat Cieszanowskiey

Coram officio et actis praesentibus Castren. Praemislien. personaliter stans nobilis Hawrilo Cieszanowski Hanko dictus, foro suo quovis proprio omisso et praesenti iurisdictioni Castren. Praemislien. se submittens ac bona sua quo ad inscriptionem tantum attinet incorporan. publice recognovit. Quia nobili Maruszna relictae olim nobilis Iwasz Strzeszinski bona sua
8113
haereditaria videlicet stadium agri ad curiam seu aream ipsius Hawrilo ex antiquo pertinen. totum et integrum in fundo villae Cieszanowicze iacen. cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus et singulis attinen. pertinentiis utilitatibusque universis nil exceptis in summa triginta quatuor floren. pecuniae monetae polon. huius ad festum Nativitatis Domini proxime venturum obligavit et inscripsit, et in effectu praetur exemptionis extunc ad alterum sequens festum Nativitatis Domini et sic de anno in annum usque ad exemptionem et summae praedictae sine iamque ex nunc eidem in bona praefata dedit et admisit realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione per ministerialem terrenum quemcunque. Tenebiturque praefatus Hawrilo Cieszanowski vel eius posteri tenebuntur quos ferum super omnibus bonis suis obligat, eandem Maruszna et eius successores in bonis praefatis et quemlibet eorum ab omni quavis impetitione iuridica omnium et singularum personarum toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere et liberare sub vadio similis summae triginta quatuor floren. pecuniae. Nihilominus ipse Hawrilo se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemislien. ante decursum unius anni transportare in bar vel maiori (?) sub simili vadio triginta quatuor floren. pecuniae. Pro quo quidem vadio succumbens praefatus recognoscens cum suis successoribus per eandem Maruszna vel eius successores ad officium praesens Castren. Praemislien. citatus, extunc foro suo quovis proprio omisso, coram eodem officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefato vadio succumbens omnibus exceptionibus controversiis, praescriptionibus, suspensionibus vera vel simplici infirmitatibus, actionibus inpraesentarum, adquisitionum dilationum non petend., legalibus quibusvis impedimentis, motionibus appellationibus variisque prosequutionibus, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iuriumque remediis remotis et in partem evictis satisfacere cum suis successoribus toties quoties opus fuerit tenebitur nulla praescriptione terrestri in Praemisliensi obstante.

Moczarski ttr Kopistenski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus nobilis Iwan Moczarski in villa regali Starawa certorum bonorum tenutarius, foro suo quovis proprio omisso et